

Nrs. Dies

10. 17. 1192 obiit **Hainricus de Juvalt Canonicus.**
11. 17. 1298 obiit venerabilis Pater **Berchtoldus de Sancto Monte confirmatus in Episcopum Curiensem.** Cod. 1.
12. 18. 1307 obiit comes **Heinricus de Monteforti, praepositus majoris Ecclesiae Curiens.** qui reliquit Canonicis decem marcas argenti pro remedio animae suae, cum quibus empta fuit alpes in Schanfig, de qua dare debet minister Canonicorum quatuor libras, quae distribui debent in ista die . . . ut in anniversario Magistri **Hainrici Pfefferhart.** Requiescit in Veltkirch. Cod. 3 et 1, manu senioris aevi.
13. 19. 1364 obiit honorabilis Dnus **Rudolphus de Veltkirch Decanus Eccles. Curien.** qui pro remedio animae suae reliquit Capitulo Eccl. Curien. totam praebendam suam anni gratiae tam in cottidiana quam in grossa ad anniversarium suum peragendum, octo libras mez . . . . Requiescit juxta altare S. Catharinae. Cod. 3.
14. 23. 1241 obiit **Ulricus de aspero monte,** qui praedium suum in villa Trimuns dedit etc. (cf. v. Mohr Cod. diplom. Nr. 213, de anno 1237).
15. 24. 1440 obiit **Joh. Naso, Episc. Curiensis etc. etc.** Requiescit in Eccles. Parochiali in Merano. Cod. 3.
16. 26. (VII<sup>mo</sup> eal. Febr.) anno Dni. 1337 obiit **Agnesa uxor quandam Ulrici de Strasberg,** quae reliquit Ecclesiae Curien. domum suam sitam in civitate Curiensi.
17. 27. Anno Dni. 1396 spectabilis Dnus Comes **Hainricus de Werdenberg et Sangans** Dnus in Vadutz ordinavit dari Capitulo Eccl. Cur. ac dedit pro anniversario suo et Dne Catherine Comitisse de Werdenberg<sup>\*)</sup> consorte (sic) sue perpetuo peragendo in Eccl. Curiensi 24 libr. mez. Quarum quidem 16 libr. singulis annis in festo B. Martini in evum solvi debent de thelonio in Vadutz.  
Alie vero 8 libr. mez. dari debent per Capitulum Curiense pro eo, quod idem Dnus Hainricus ex speciali gratia omnes et singulos Dnos Canonicos Curienses et eorum successores de et super solutione Thelonii praebendarum ducendarum de Veltkirch a thelonio in Vadutz perpetuo absolvit. Debent autem in dicto anniversario haberi 12 Missae, quarum una debet celebrari cum nota in altari S. Crucis. Reliquae vero de beata Virgine Maria et pro defunctis. Debent autem praescriptae 24 libr. mez. distribui in hunc modum: cuiilibet sacerdoti missam dicenti VIII sol. mez. scolari 4 imp. magistro 4 sol. mez. Ministrantibus Dyacono 16 imp. subdyac. 12 imp. Edituis cuiilibet 16 imp. Residuum vero inter Canonicos more solito dividatur. Obiit autem predictus Dnus. die predicta anno Dni. 1397. Requiescit in Vadutz. Cod. 3.  
(Hodiedum peragitur hoc anniversarium die 17. Januarii).
18. 27. 1439 obiit strenuus vir Dnus **Theodoricus de Marmorea miles,** qui reliquit pro remedio animae suae et fratri sui Johannis etc.
19. 28. Anno Dni. 1461 obiit honorabilis **Lupoldus Stöckli de Veltkirch, Diac. et Cane.** Curiens. qui pro anniversario suo reliquit Capitulo Cur. libr. 16 et 10 sol. mez. ex quibus etiam semper pauperibus ad largam e) 1 libra. Requiescit in crypta ante altare S. Mauritii. Cod. 3.
20. 29. 1070 obiit **Dietmarus Episc.,** qui anno 1061 rogatus a Rumoldo Ep. Constant. Basilicam in Abbazella a Notberto Abbe S. Gallensi aedificatam consecravit.
21. 30. Wernerius de Nanzing obiit. Cod. 5.
22. 31. 1344 obiit Hugo dictus Harzer Canon. Cur. etc. Requiescit in Constantia.

<sup>\*)</sup> Viduae Diethelmi Comitis de Toggenburg, qui 27. Dec. 1385 obiit. Cf. ab Arx II, 42.